



**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Micheam Prophetam Commentariorvm Liber
Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

SURPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN MICHEAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

Nerbū domini quod factum est ad Micheam prophetam Adorātibit, in diebus Joathan, Achaz, Ezechīl, regū Iuda, quod vīdit super Samariam & Hierusalem. Verbum domini quod descendere cōsuevit ad prophetas, descendit ad Micheam quoq; quod (ut iam dictum est) in terp̄at̄ humilitas, qui de Morasthi loco uidelicet humili & uiculo nō gran- di ortus erat, quod nomen in nostra lingua hāredem sonat, unde etiam supra dictum est.

Huius verbi dñi, verbi propheticī, summa intentio est, sicut & in ceteris prophetis decla-
mare ruinas imminentes Israhelitico populo, quas de multitudine gentiū instaurari oportē-
teat per aduentū Christi. Ruinæ aut̄ eiusdē Israhel duplices sunt, dū & interius à gratia dei,
vel uita æterna cadunt, & exterius de terra, quā dñs dederat possidendā, captiui ducentur
per manus hostiū. Vt rāq; hæc mala, tā iste, q̄ cæteri prophetæ prænunciantes ingemiscūt,
& in Christo uenturo, quē annunciant confolationē recipiunt. Libet ergo in primis pro-
phetiā hanc per partes suas distinguerē, quia si rite animaduertimus, tertio repetita sunt in
hoc propheta ea quæ diximus, scilicet conquæstio sue deploratio cadentiū Israhelitarum,
quitanq; naturales rami de bona radice producti, per infidelitatē fracti sunt, & cōsolatio de
aduentū Christi, per cuius grām de gētib⁹, tanq; de oleastro rami nō naturales inserti sunt.
Primum in exordio intentione ad audiendū excitata, quod sic se habet. Audite omnes popu-
li, & attendat terra & plenitudo eius, Reiectionē illius gentis, & causas reiectionis sic incipit:
In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israhel. Quod scelus Iacob: Nōnne
Samaria? Et quæ excelsa Iudea? Nōnne Hierusalē? Ita incipiēs & declamās usq; ad id: Vt i-
nā essem vir non habens sp̄itū, & mendaciū potius loquerer, stillabo tibi uinū & ebrietā-
tem, & erit super quē stillatur populus iste: continuo fidē patrū super carnaliū filiorū amissi-
ōne consolatur in Christo, per quem damnū illorū de gentibus recuperātur. Ait enim Cō-
gregatiōne congregabo Iacob, totū in unum cōducam, reliquias Israhel partem ponā illum
quā gregem in ouili, quasi pecus in medio caularū, tumultuabuntur à multitudine homi-
num. Ascendet enim pandens iter ante eos, diuidet & transient portam, & egreditur per
eam, & transibit rex eorū corām eis, & dominus in capite eorū. Deinde secundo repetens Infra. 3
ac dicens. Audite principes Iacob, & duces domus Israhel, nunquid non uestrū est scire ius-
diciū, qui odio habetis dominū & diligitis malū, & cetera usq; ad id, propter hoc causa ue-
stri, Sion quasi ager arbitur, & Hierusalem quasi aceruu lapidū erit, & mons templi in ex-
celsa syluarū, continuo cōsolationē iam dictam in Christo reppromittens dicit: Et erit in nō Infra. 4
uissimo dierū p̄paratus mons domus domīni in uertice montiū, & sublimis erit super col-
les, & fluent ad eū populi, & prophetabunt gentes multæ, &c. inter quā locū quoq; natuui-
tatis eiusdem Christi prænunciat his uerbis: Et tu Bethleem Estrata, parvula es in milibus Infra. 5
Iudea, ex te mihi egreditur, qui sit dominator in Israhel. Deinde tertio repetens ac dices, au-
dite quæ dominus loquitur, surge contendē iudicio aduersum montes, & audiāt colles uos Infra. 6
cent tuam, & cetera usq; ad id, quia filius cōturneliam facit patri, filia cōsurgit aduersus ma-
trem suā, nurus contra socrū suā, inimici hominis domestici eius, quibus utiq; uerbis cōdēs Infra. 7
ratio Iudaicæ sue Israheliticæ gentis propter incredulitatē declamatur protinus per os eis
iudēm prophetæ, taliter electio gentiū semetipsam in Christo cōsolatur. Ego autē ad dos-
minum aspiciam, & expectabo deū salvatorem meum, & cetera usq; in hūc finem. Reuer-
teur & miserebitur nostri. Deponet iniq;uitates nostras, & proficiet in profundū maris om-
nia peccata nostra. Dabis ueritatē Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus
nostris à diebus antiquis. His animaduersis, tenebras, de quibus in psalmo scriptū est: Te Psalm. 17
nebrosa aqua in nubibus aeris, id est, occulta scientia in prophetis, illuminatas esse arbitra-
mur, quia à candelabro isto, quod est Christus, illuminatur propheta, dum ruinas seminitis
Abrahæ sue gentis Israheliticæ, quæ diuersis temporib⁹ uarijsq; casibus acciderunt &

X 2 pdicit

Ruinæ Isra-
hel duplices.

Divisio hui⁹
prophetæ in
partes suas.
Rom. 11

Infra. 2.

Psalm. 17

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

prædictit & deplorat, & restaurationem ex gentibus per Christū futuram prævidens sp̄ ritualiter exutat. Igitar uerbum domini scriptura hæc, id est prophætica est testificatio de aduentu Christi, qui est uerbum domini. Quod uidelicet uerbum factum est ad Michæam Morasthitē in diebus Ioathan, Achaz, Ezechiae regum Iuda, eisdem nimirum temporibus, uel sub eisdem regibus sub quibus prophetauerunt, Osee, Esaias excepto uno Ozia, sub quo iste nō prophetauit. Quod uidit sup Samariā & Hieros. Plus hic habet in titulo, aliquis ceteros. De nullo nāq̄ scriptū est utrūq; hoc sup Samariā & Hieros. sed aut Iudam & Hierusalem, aut super Israhel, id est, super decem tribus quā à diebus Hieros. am scilicet fuerant à domo Dauid, & à Iuda, cuius metropolis erat Hierusalem. Hic unus Michæas Morasthitē scdm nomē suū humiliis, et paruo de uiculo natus, heres verbilliter quod nō in urbe regia, neq; in aureo principū leitulo, sed in paruula Bethlehem & in p̄cipi collocandū erat, de paupercula uirgine incarnatū, magnā de spiritu fortitudinis fortior auctoritatem, ut videat & sententias detonet super utrumq; regnū, iudicis super utrumq; unitus regni sue gentis diuisionem, id est super Samariam & Hierusalem. Hoc ex subsequentibus manifestum est. Exempli gratia. Cum dicit, Et ponam Samariam quasi aceruum lapidum, in agro cū plantatur uinea, &c. Item, Propter hoc causa uestrī, Syon quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruu lapidum erit. Nunc iam ordinem prophæticū sermoni ingrediamur. Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, tūt dominus deus vobis in testem, dominus de templo sancto suo, quia ecce dominus egreditur de loco sancto suo, & descendit & calcabit super excelsa terrę, & consumetur montes subter eum, & colles scandetur sicut cera a facie ignis, sicut aquæ que decurrent in precepis. Quid sibi vult tale exordium? Cur omnes populos excitat ad audiendum? Cuius rei testem illis optat esse dominū deum? Quærimus & scire desideramus prophætæ sollicitudinem, pro qua re sollicitus sit, unde maxima cura sit illi. Nam profecto persentiscere nos arbitramur, pro qua re angatur fidelis & pius, ac diuinī nominis amator amans. Nouit deniq; levitatem populoꝝ, ignoratiām dei habentium, & hoc ueretur ne hoꝝ apud illos in opprobrium diuinī nominis redundet, quod deum facturum esse prævidit. Gente Israhelitica, in gente cum qua foedus pepigerat, cuius deus erat, in qua nouis fuerat. Hoc, inquam, ueretur, ne quando dicant gentes, ubi est deus eorum, aut certe ubi officia delitas, siue potentia dei eorum? Huiusmodi sollicitudo ueraciter hominem deo fidem comprobat, qualē & sanctū Mosen primū habuisse legimus, qui in omni domo iussidebat in præcepis.

Exo. 32. Iis erat. Cum enim iratus dominus propter uitulum quem fecerant, diceret: Cerno quod populus iste dura ceruicis fit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos faciam, te in gentem magnā, ille orans dominū deum suum, ne queso, inquit dicant Aegyptii, callide eduxit eos ut interficeret in montibus, & delerer ē terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Item & alibi, cum detraxissent terre, quam explora ratores inspexerant, dicente domino: Feriam igitur eos pestilentia atq; cōsumat, ille eccl̄ia.

Num. 14: ratores inspexerant, dicente domino: Feriam igitur eos pestilentia atq; cōsumat, ille eccl̄ia, ut audiant, inquit, Aegyptii, de quorum medio eduxisti populum istum, quod occidit ris tantam multitudinem quasi unum hominem, & dicant non potuit introducere populi istum in terram pro qua iurauerat, iccirco occidit eos in solitudine. Iosue quoq; dum protinus coram arca domini cadens clamaret: Mi domine deus, quid dicam uidentis Israhel hostibus suis terga uertentem, istud quoq; quasi maximū post cætera subiūxit. Et quid facies magno nomini tuo? Itaq; & istū hac sollicitudine taliter proclaimare sentimus, ut de am reuocari iam sententia non potest, neq; placari ira domini, quin Israhel de terra futuri gret, & in captiuitatem ducatur. Sciant saltem populi causas, & non blasphemem nominem domini. Quia quod Israhel relinquitur, non mutabilitatis sed ueritatis dei est, non iniuriantis sed iudicij, non potentiae sed iusticie, & cognoscant omnes, quia quamvis populus omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, Maxime autem propter filios Israhel sollicitus erat, que gens & ante oēs inimica extitit Israhel, ab ipso exiū de terra Aegypti, & plus illi molesta fuit iam habitanti in terra promissionis. Et de ipsa gente Philistia.

I. Reg. 17. acerbiores inimici erant Gethæi, ppter Goliam, ceterosq; filios Arapha siue Orphæi, quæz. **Reg. 2.** ciderat in manu Dauid, & seruoꝝ eius, sicut in libro Regū legitimus. Propterea politi

Super Samariā & Hierusalem.

Quæ est sollicitudine huius prophætæ.

Pia sollicitus
do pro nomi
ne domini.

Psalm. 144:

IN MICHEAM PROPHE: CAP. I Fo. CXXIX.

dicit, In Geth nolite nūciare, lachrymis ne ploretis, subauditur quia sine dubio nō cōdole, Deus Iudea
 bunt, sed insultabunt uobis & subsannabūt nomen dñi. ¶ Igitur, inquit, audite populi oēs in hostē con-
 & atēdat terra & plenitudo eius, uidelicet, ut sciatis iudicium dñi, propter quas cauſas in hos uerius,
 item fit conuersus illis, super quos inuocatū nomē eius fuit, quoꝝ patres in amicitiam rece-
 pit, quibus & iurauit dare terrā, de qua nunc filios eorū migrare facit. Malorū istorū causas
 audite, & si dñs deus uobis in testem, uidelicet pro semetipso testificās, & semetipsum de
 fendens, quod nō ex parte sui, sed ex parte populi irritū factū sit paſtū qđ cum eis pepigit.
 Si quidē malū hoc anteꝝ super eos induceret, ipse per prophetas suos non prediceret cau-
 ſasū præſcriberet, nō mirū oꝝ populi, quod uideretur uobis deus reprehensibilis, nec enim
 esset unde apud uos iudicium uī iustitia eius adeo posset defendi. Cūq; alioq; uobis diceretur
 cōuertimini ad hūc uiuum & uerū deum, qui deus scribitur Hebraeorū, & de quo Psalmus 75.
 loquitur: Notus in Iudea deus, in Israhel magnū nomē eius, forte esset uobis suspectus tāq;
 deus nō fidelis, qui nō fuerit cognitus, & nūc abscondere facie ūa, fieretq; incognitus, re-
 linquendo illos quos alioq; suscepit, sine causa & fortuita mutabilitate animi, & iccirco non
 apponenteris cor ad illū neq; uos metipos crederetis illi. Sit ergo uobis in testē ipse dñs deus
 dñs de templo sancto suo, scilicet, de habitaculo pectoꝝ, fidelium prophetarū suorum, qui
 templū eius sunt, quos per fidem inhabitat, & per os nostrū pro semetipso loquatur, & de
 semetipso testificetur quod nō fit ūa uoluntatis, qđ Hierusalem relinquit, quodq; illā nō
 relinqueret, nisi ab illo prior ipse relictus fuisset, & dicat ipse qđ contra se populus fecerit,
 quō recesserit, quō reuocantē audire contēperit, ut necessario facere debuerit ipse deus id
 qđ protinus sequitur. Quid est illud? qā ecce dñs egreditur de loco suo, & descendet, & cal-
 cabit super excelsa terra, & cōsumētur montes subter eū, & colles scindentur sicut cera
 à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrūt in præceps. Sensus iste est: Quia ecce dñs recederet,
 & omne auxiliū ūa auferet à populo quodam suo, ubi uel in q̄ ita notus erat, sicut quilibet
 in loco suo, inde egreditur, & palam siet ex ipso malorū eventu ac ppetuā captiuitatis, qđ
 de illo tali loco suo ueraciter egressus fit & recesserit. ¶ Quod aut̄ dicitur, & descendet, sic Gene. 12.
 accipiēdū est, ut illud clamor Sodomæ, & Gomorræ multus est, & peccatum eoꝝ aggra-
 uatiū est nimis, descendā & uidebo utrū clamorē qui uenit ad me opere cōpleuerint, an nō
 est ita, ut scīa. Descēdet itaq; subauditur, nō bono illorū, sed sicut descendit uisitare ūue ulcis
 ci peccata Sodomæ, qm̄ & isti testē atioꝝ, ppheta peccatum ūuū sicut Sodoma p̄dicauerūt Elai. 3.
 nec absconderūt, & calcabit ūp excelsa terre, ppter hoc ipsum qđ excelsi sunt, i. qđ ūpe-
 biendo peccat, & peccāto ūperbiūt, & qđ ualde dānabile est, aestimatione sua extollūtur,
 cū conditione terra ūnt. Quid em̄ ūperbit terra & cīnis? Calcabit ergo & concubabit eos
 propter ūperbiā ipsorū, & consumētur montes, id est ipsi peccatores ūperbi apud se
 metipos alti, quorū ūperbia primū in eo manifestum fuit, quod Hieroboam ūibi præpo-
 nentes, contempserunt humilem Dauid dicendo. Quæ nobis pars in Dauid, uel quæ hæ- 3. Reg. 12.
 reditas in filio Isai. Isti mōtes, id est summi principes, & colles, id est mediocres cōsumen-
 tur & scindentur sicut cera à facie ignis subter eū cuius ira nō potest portari & sicut aquæ
 quæ decurrunt in præceps, ūsum non reuertūtur, sic ipſi per captiuitatem in Assyrios se
 mel delapsi non reuocabūtur. Et em̄ Iudea transmigratio in Babylonios ad tēpus qdem re-
 vocanda, sed postmodum sub Romanis omnino erat dispergenda, decem aut̄ tribuū capti-
 uitatis in Assyrios facta, nūq; erat uel est reducēda. Cum taliter de loco suo dominus deus
 egressus fuerit, nolite existimare oꝝ populi qđ mutabilitate ūsus sit, uī qđ in eo culpa sit. Sed
 quid: In scelere Jacob omne iſtud, & in peccatis domus Israhel. ¶ Omnis culpa
 ex Jacob est, omnis causa ex Israhel ē. Jacob p̄ omne scelus p̄uariatus est, Israhel p̄ multa
 p̄tā ūodus dñi trāfgressus est. Deus aut̄ fidelis, ait Moyſes, & absq; ūlla iniuitate iustus
 & rectus ut Psalmista dicit. Quoniam rectus dominus deus noster & non est iniuitas in eo. Deut. 32.
 ¶ Quod scelus Jacob: nōne Samaria? Quæ excelsa Iudea: nōne Hierusalem? ¶
 Ac si dicat: Nō indiget ostēione scelus Jacob, i. decē tribuū, qā uidelicet notū & publicū
 est. Ipsa Samaria scelus est, qā in omni regno cuius Samaria metropolis ē, uituli aurei pub-
 licē p̄ deo colūtur, & Baal cæteraꝝ portet deoꝝ, & ibi pphetae dñi interfecit ūunt, quorū
 plurimos lezabel interfecit. Similiter Hierusalē metropolis Iudea, & templū illud quodā
 Y 3 domini

COMMENTA RUPER. ABBA. LIB. I.

z. Para. 7. dñi, quoddā excelsum idolum factū est, maxime ex quo Otholia filia Iezabel regnauit illi, idolatriæ fluxū illuc introduxit uel auxit. **L**et ponā Samariā quasi aceruū lapidū agro cū plantatur vinea, & detrahā in valle lapides eius, & fundamenta eius reu labo, & omnia sculptilia eius concident, & oēs mercedes eius comburēnt ignis omnia idola eius ponā in perditionem, qz de mercedib⁹ meretricis congregantur, & usq; ad mercedē meretricis reuertētur. **L** Per coiunctionē, & ponā Samariā paulo aī scriptis cōtinuat ubi dixerat, Et ualles scindētur sicut cāra à facie ignis, sicut aqua q̄ decurrūt in præceps. Cōgrua ualde assimilatio est, Samariā ponā quasi aceruū lapidū in agro, cū plantat uinea, q̄ uidelicet congestio lapidū, nimirū est infirma structura, eo q̄ sine conmēto sit, & lapis lapidi nō hæreat. Samaria nāq; semp dissensiōes habuit, maxime in regno suis, toties demutatis, alijs pcussis, & succedētibus, inō irrūētibus alijs, atq; ita factū est, qd; q̄ ad diē extremā captiuitatis nūq; sibi cohererēt, aduersus semetip̄os scissi, q̄ semetip̄o derāt, tā a deo, q̄ a domo David. Porr̄ illa q̄ dī uinea, tūc plātrabat, uidelicet tot palmitis,

Psal. 79 quot fuerūt electi hoies gentis illius, ex quo de Agypto translatā, & eieci gentibus pītata est, erantq; palmites eius q̄ dicit: ego sum uitis, uidelicet habētes fidē eius adhuc futū, sicut & nos credēdo, quia uenit, & manēdo in eo palmites sumus eiusdē uitis. Tantū Samaria, tantūq; omnis multitudō carnis Israheliticæ scissa, & non permanēs in ea fide vel promissione, quodāmodo differebat iam dicta electione, quantū differt lapidū aceruū in uine quā plantatur, qui uidelicet aceruū nō est uinea, quāuis propter plantatā uine cōgregatur. Conueniens ergo similitudo est, cū dicit: Et ponā Samariā quasi aceruū lapidū in agro, cū plantatur uinea, subiungens, & detrahā in valle lapides eius, & fundamenta eius reuabo, quod idē est ac si dicat: Tradā decē tribus in captiuitatē, & captiuitatis eiusdē uolcas manifestabo, Quod deinceps subiungit, Et oia sculptilia eius cōcident, & oēs mercedes eius reuertētur igni, & oia idola eius ponā in perditionē, ad eandē fundamento, & eius pertinētationē, quia uidelicet sculptilia sive idola penes se habuissē tale est, ac si dormi uicissim stat innoxiam fuisse fundamentis, & iccirco stare nō potuisse. Quia de mercedib⁹ meretricis congregata sunt, & usq; ad mercedē meretricis reuertētur. Et est sensus. Quia Samaria tanq; meretrix, quā de turpi mercimoniū corporis sui plurimū cōgerit, ita aurū & argētū sibi congregauit, testante dño, cū in alio propheta dicit. Quia forniciata est mater eccl̄ confusa est, quā cōcepit eos, quia dixit. V ad post amatores meos, qui dant panes mīhi, aquas meas, lanam meā & linum meū, oleum meū & potum meū, & nesciui, quiego de diē instrumentū, & uinum & oleum & argentū multiplicauit ei, & aurum, quā secerūt Baal, & cātera, quā ita concludit. De quibus dixit. Mercedes hā me ē sunt, quas dederūt hi amatores mei. Quamuis ergo dominus ipse aurū & argentū multiplicauerit illi, de quibus sibi idola fabricata est, tamen quoniam hoc illa nesciuit, magisq; amatoribus suis regnauit, & eorum mercedes esse dixit, recte nunc dicit, quia de mercedib⁹ meretricis cōgētata sunt, statimq; subiungit, & usq; ad mercedē meretricis reuertētur. **V**sq; ad mercedē meretricis, idē est ac si dicat, usq; ad nihilum, quia merces meretricis pro nihilo estimatur, **Prouer. 6** Prover. 6 testante scriptura quā dicit, quia precium scorti uix unius panis est. Et falso quidē illa mercedes amatorum suorum esse dixit, ea quā deus dederat illi, sed reuera meretrix fuit, quācut historia libri Regū testatur, metropolis eadem scilicet Samaria quasi per forniciationē, id est, condita fuerat, & statim ut condita fuit, prostituta est Baal. Siquidē ita scriptū est. Emītq; Amri montem Samariā à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eam, uocauit nomen ciuitatis quam extruxerat nomine Somer domini montis Samaria. Quā post sex annos mortuo, rursus scriptum est. Et regnauit Achab filius Amri super Israhel Samaria uiginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in cōspectu domini, super omnes quisuerunt ante eum, nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Hierobeam in Naboth, insuper duxit uxorem Iezabel filam Ethbaal regis Sydoniorū. Et abiit et levavit Baal, et adorauit eū, et posuit aram in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria ap̄tauit lucum. **¶** Profectū enī et anima conditoris Amri meretrix fuit, ut cāterorū regnū fornicantium cum uitulis aureis, et Iezabel meretrix dæmonum fuit, cū qua et anima eius Achab, et uniuersa nouē ciuitatis plebs statim cōpīt meretricari cum Baal, Vere ergo Samaria

Osee. 2. Osee. 2 tū sibi congregauit, testante dño, cū in alio propheta dicit. Quia forniciata est mater eccl̄ confusa est, quā cōcepit eos, quia dixit. V ad post amatores meos, qui dant panes mīhi, aquas meas, lanam meā & linum meū, oleum meū & potum meū, & nesciui, quiego de diē instrumentū, & uinum & oleum & argentū multiplicauit ei, & aurum, quā secerūt Baal, & cātera, quā ita concludit. De quibus dixit. Mercedes hā me ē sunt, quas dederūt hi amatores mei. Quamuis ergo dominus ipse aurū & argentū multiplicauerit illi, de quibus sibi idola fabricata est, tamen quoniam hoc illa nesciuit, magisq; amatoribus suis regnauit, & eorum mercedes esse dixit, recte nunc dicit, quia de mercedib⁹ meretricis cōgētata sunt, statimq; subiungit, & usq; ad mercedē meretricis reuertētur. **V**sq; ad mercedē meretricis, idē est ac si dicat, usq; ad nihilum, quia merces meretricis pro nihilo estimatur, **Prouer. 6** Prover. 6 testante scriptura quā dicit, quia precium scorti uix unius panis est. Et falso quidē illa mercedes amatorum suorum esse dixit, ea quā deus dederat illi, sed reuera meretrix fuit, quācut historia libri Regū testatur, metropolis eadem scilicet Samaria quasi per forniciationē, id est, condita fuerat, & statim ut condita fuit, prostituta est Baal. Siquidē ita scriptū est. Emītq; Amri montem Samariā à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eam, uocauit nomen ciuitatis quam extruxerat nomine Somer domini montis Samaria. Quā post sex annos mortuo, rursus scriptum est. Et regnauit Achab filius Amri super Israhel Samaria uiginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in cōspectu domini, super omnes quisuerunt ante eum, nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Hierobeam in Naboth, insuper duxit uxorem Iezabel filam Ethbaal regis Sydoniorū. Et abiit et levavit Baal, et adorauit eū, et posuit aram in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria ap̄tauit lucum. **¶** Profectū enī et anima conditoris Amri meretrix fuit, ut cāterorū regnū fornicantium cum uitulis aureis, et Iezabel meretrix dæmonum fuit, cū qua et anima eius Achab, et uniuersa nouē ciuitatis plebs statim cōpīt meretricari cum Baal, Vere ergo Samaria

Verē meretrix Samaria

IN MICHEAM PROPHE CAP. I. Fo. CXXX.

Samaria meretrix. Hæc omnia sic uaticinatur propheta, ut doleat uerū esse, & imperfectū remanere non posse quod loquitur, Vnde & protinus sequitur. L Super hoc plangam, & vñlabo, vadam spoliatus & nudus, faciam planctum velut draconum, & luctum quasi stritionum, quia desperata est plaga eius, quia venit vñq; ad Judam, tetigit portam populi mei vñq; ad Hierusalem. Hoc, sicut litera sonat, recte intelligitur, quod uidelicet plangēs & ululans propter instantem populi sui captiuitatem, uestimentis quoq; spoliatis & nudis incesserit, internum animi dolorem, habitu quoq; corporis indicans, siue captiuardorum miseriā, quod ad Esaiam quoq; fecisse legitimus ex præcepto domini, dicentis: Vade & solue saccum de lumbis tuis, & calciamētū tuum tolle de pedibus tuis, ac deinceps, sicut ambulauit seruus meus Esaias, nudus & discalciatus, trium annorum si- gnum & portentum erit super Aegyptum, & super Aethiopiam, sic minabit rex Assyriōrum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiarū. ¶ Quod deinde subiungit, faciam planctum uelut draconū, & luctū quasi stritionum, ualde dolēter pronunciat, qd luctus & planctus suus pro populo illo nequaquam sit profuturus siue exaudiendus. Quis enim draconibus terribili sibilo personatibus, quando uincuntur, aliqua miseratione cōpatitur? Quis stritionibus oua sua in puluere derelinquentibus misereatur, cū ipse sibimet, uel natura sua nō misereatur? Quod autem populus ille dignus fuerit huiusmodi similitudine, a lia quoq; scripturæ testatur. Nam Hieremias in lamentationibus, Filia (inquit) populi mei crudelis quasi stratio in deserto. Et Iohannes Baptista: Genimina uiuperatū, quis ostendit uobis fugere àuentura ira? Igitur faciā planctū uelut draconū, & luctū quasi stritionū, id est, planctū nulla cōmiseratione dignū, & luctū nulla consolatione deliniendum. Nam & si dozent dracones, nō piū habent gemitū qui compassionē prouocet, sed irā ardētis tumultum, quē caueri oportet. Similiter & si incoerent stritiones, crudelitas innata permanet, nec ad naturalē curam siue diligentia posteritatis inanis stultitia flecti potest. ¶ Quare hoc dicit: Quia desperata est (ait) plaga eius, quia uenit usq; ad Iudā, tetigit portam populi mei usq; ad Hierusalē. Idecirco sic loquor, quia spes misericordiæ à domino, siue soluenda captiuitatis decē tribū nulla est, dicente ipso per alium propheta. Quia nō addā ultra misereri domini Israhel. Vñq; ad Iudā nenī & tetigit portā populi mei usq; ad Hierusalē, quod factum est, & Regū & Esaiæ libri testantur. Assyrius quippe uastata Samaria, uenit etiā in Hierusalem, eo tempore quo Rapsaces missus est insolans. Et tunc quidē non desperata fuit plaga Iuda, siue Hierusalē, sicut plaga Israhel, siue Samariæ. Nam egredius angelus domini, percusit in castris Sennacherib, centū octogintaquinque milia, sed postmodum à Chaldeis & Hierusalē subuersa, & populus eius in Babylonē ductus est. Amplius autem posterius in manib; Romanorū plaga eiusdem Hierusalē desperata est, & magis plagati sunt Iudei, duci in omnes gentes captiui, quoniā decē tribus tunc Assyrius abduxit. Sequitur. L In Geth nolite nunciare, lachrymis ne ploretis. In domo pulueris puluere vos conspergi te. JAc si dicat, Hoc ad cumulum miseriātū uobis accedit, qd patiētibus nullus cōpauit, cū offendō deo, cūctis quoq; gentibus sitis odiosi. Propterea dixi: Faciā planctū quasi draconū, quia sicuti quādo dracones siue ab elephātis siue ab hominib; uincuntur, & ob hoc ingētisib; psonant, nullus hominū accurrit ad hoc, ut de nece illorū doleat. Habet etenim dracones & hoies naturales inter se inimicitias. Ita dū uos ab hostiis capiemini, nulla ex uicinis gethū erit qd cōcoleat, nulla quin de malis uestris gaudeat. Amplius autem gaudebit Geth Palestine urbs, unde fuit Goliath & fratres eius, qui ceciderūt in manu David et seruorum eius, et idcirco plus cæteris in miseria uestra gaudēdo semetipsam cōsolabitur. Nolite ergo nunciare in Geth, in dū optate, qd impossibile est, ne audiat illa uestræ clades, neq; lachrymis ploretis, quia uester fletus gaudiā et risus eius erit. Dissimulate fletū, nec in lingultus dolor erūpat, ne aduersarii gratulētur. Nolite foras exire, sed in domo pulueris puluere uos aspergite. In domo ruente, cinere ruinæ uosmet aspersos tantū uosip̄i cōspicite. Hæc quide tanquā cofulendo dicit, uerūtamē uerba hæc nō rationis sunt, sed doloris, qui sāpe rationē nō admittit. Nam quantūcumq; dissimulent, lachrymasq; teneant capitui, impossibile est ut calamitas eorū aduersariis maxime uiciniis, ut erat Phylistim, ignotis sit. Nec moratur iudex, scilicet diuinitas, certa de pectore et ore prophetæ dare sententiā, quæ hoc modo denotat:

X 4 L Transite

*Thren. 4
Lucas. 3
Osee. 1
4. Reg. 18.
Elai. 36.
4. Reg. 19.*

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB I.

Habitation
pulchra,
Samaria.

LTransite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia. **I**Habitatione pulchra, Samaria appellat, quippe que in pulcherrimo atque uberrimo Iudeæ loco sita est. Dicit ergo ad eam: O tu que habitat in regione uberrima, que confusa es ignominia, transi, & in capititate ducer, iudicium portas ignominie tuæ, cõfestimq; ad nos cõvertitur & dicit: **M**on est egressa que habitat in exitu. **Q**uod utrum de eadem habitatioe pulchra, i.e. de Samaria, an cetera Hierusalem dicat, de qua uersu sequenti manifeste loquitur, incertum est. Sed si de Samaria, an cetera sensus est: **N**on est egressa que habitat in exitu, i.e. in ipsis Assyriæ captiuitatis foribus sita est. statim ut mota fuerit de finibus suis, hostile terra ingreditur. Verum quatuor vicina fitio satis liquet, quo ipsa que transire iubetur, & transit congrue dicatur, que non egressa sit. Sicut de Hierusalem hoc dictum placet intelligi, sensus iste est. Vos transite iam habitatores habitatiois pulchrae, scilicet Samariae, Hierusalem autem huc vice non egreditur, que tamen habitat in exitu, i.e. cum ingressio siue transmigratio iam quidem paratur, sed paululum differtur, uidelicet Ezechias famili

4. Reg. 19.
Elai. 37.

Esaias propheta, deo supplicatiibus suisque precibus ea retinetibus, dictum est hoc secundum similitudinem alicuius egressi, iamque in ostio statis, cuius egressio certa quidem est, sed retardata aliis quibus ex causis. Clarum hoc est respiciendum, quod tunc quidem Hierusalem liberata est de manu Assyriæ, & decem tribus captiuauerat, sed postmodum Chaldaea tradita, & in Babylonem ducta est. De qua uidelicet Hierusalem protinus se legit. **P**lanctus vicina domus accipiet a vobis que stetit sibi met, que infirmata est in bono, que habitat in amaritudinibus, quod deinde dicit malum a domino in portâ Hierusalem, tumultus quadrige stuporis habitans Lachis. **N**on illa, que interim stetit sibi met Hierusalem est, quod ut iam diximus, tunc egressa non est, domus autem vicina, immo cognata eius Irahel erat. i.e. decem tribus, cuius planctum accepit a uobis habitatio pulchra, cui dictum est. Transite uobis, i.e. abite captivitatem. Accipiet (inquit) placentum, et ad hanc traxit instrumentum ut infirmaret, i.e. coram deo humiliaret, & iccirco stetit, quia infirmata est in bono, que habitat in amaritudinibus. **Q**uia infirmitate bono ipsius habitam, & has amaritudines eius scriptura libri Regum, siue Esaiæ propheta manifeste testatur. Cum enim translati decetribus, Sennacherib rex Assyriorum ascendisset super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepisset et miseretque Rapsacem de Lachis in Hierusalem ad blasphematum deum uiuetem, & exprobrandum mosis uocibus. Audiens Ezechias per nuncios ingrediētes ad se scissis uestibus, scidi & ipsi uestimenta sua, & obuolutus est saccus, & intravit in domum domini. Et misit Eliachim, qui era legatus domum, & Sobnā scriba, & seniores de sacerdotibus operatos saccis ad Esaiam filium Amos prophetam, & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias. Dies tribulatiōis & correptiōis & blasphemie dies haec: quia uenerūt filii usque ad partum, & uirtus non est parturient, &c. Talius infirmata est, & adeo habitauit in amaritudinibus, ut assimilaretur parenti uirtute in partu non habenti, pro eo, quia descendit malum a domino in portâ ipsius Hierusalē. Et tumultus quadrige stuporis habitans Lachis, quae ciuitas erat in tribu Iuda, quæ & cooperat Sennacherib, unde & seruos suos misit ad Ezechiā, cuius quadrige tanta multa erant, ut recte dicantur: quadrige stuporis. Malum illud a domino descendisse dicit: quia uidelicet non uenisset Sennacherib nisi uicio uel permissione domini. Quod ipse quoque scire gestiens, eademque scientiam dum abutens, non parum de suo mendaciter adiecit: Dicit enim: Nunquid sine domini uoluntate ascendit ad locum istum, ut demolire eum. Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & derolle te. Dicendisse autem illud malum in portâ Hierusalem congre dicit, quia nuncij Sennacherib quod talia mandauerat, uenientes Hierusalē steterūt iuxta aquæ ductum, piscinæ superioris, quod est in via agri fullonis, uocaueruntque regem. Egressus est autem ad eos Eliachim filius Helchiae præpositus domus, & Sobnas scriba, & Iozã filius Asaph à cōmentarijs. Sed non ei egressa (inquit hic propheta) quae habitat in exitu, subauditur, quamuis clamaret Rabbes. Hæc dicit rex magnus rex Assyriorum, facite mecum quod uobis est utile, facite mecum redictionem, et egredimini ad me, &c. Habitat quidem in exitu (ut iam dictum est) quia vicina erat Babyloniam captiuitas, sed tunc egressa non est, nec ipse ingredi permisus est, dicente domino Ezechiā. Non ingredietur urbe hæc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, non circuibat eam munitio, &c. Sequitur: **P**rincipium peccati est filius Syon, quae inuenientur inter Israeleram Isabel. Propterea dabit emissarios super hereditatem Herib, domum matrem dach in dectionem regibus Isabel. Adhuc heredem adducam tibi, quod habeo

Hierusalem infir
mata in bono.

4. Reg. 18.
Elai. 36

Lachis.

Vbi supra

Vbi supra

IN MICHEAM PROPHE CAP. II. Fd. CXXXI

tas in Maresa, usq; Adollam veniet gloria Israhel. Nomina hæc sunt ciuitatū in tribu Iuda; Lachis, Maresa, & Adolla. Porro Geth Palestina (ut iā dictū est) urbis voca, bulum est. Veruntamen totus hic locus obscurus est, propterea, quia nihil retū gestatū ex eis scriptura refert in illo aduentu Assyriorū, nisi quod cū cæteris urbibus cōmune est, quia ascendit rex Assyriorū ad uniuersas ciuitates Iuda munitas, & cœpit eas, excepto qd de Lachis Rapsacem misericordiam legitur in Hierusalē ad regē Ezechia, cū manu graui. Itaq; quia nihil suffragatur de scripturis, qd locum hunc splendidiorem reddere possit, nihil est amplius qd lector exigere possit, qd ipsa beatissima Hieronymi dicta dubie pertractantis, & quasi nauicula, ut fatetur ipse, inter saxa, & acutissimos scopulos pro posse regentis, V enīt igit (inquit) d' Lachis urbs idolis dedita, & ad te quadrigæ & equites Assyriorum, quia & in te inuenta sunt sceleria Israhel, & tu fuisti principiū idolatriæ in Iuda. Per te enim quasi per portā inpietas decem tribū migrauit Hierusalem. Non solū aut per Lachis tumultus ueniet quadrigæ, sed & super Geth metropolim Palestinae (de qua supra dixerā) in Ceth nolite annūciare. Mittet em̄ Assyrios latrūculos suos, quos uocat emissarios, & possidebit domū idololatriæ urbēq; mēdaci, quæ in supplantationem fuit regibus Israhel. Quod aut sequitur: Adhuc hæredē adducā tibi, quæ habitas in Maresa, pulchre allusit ad nomē. Quia em̄ Maresa hæ reditas dicitur, aduentū in eā hostiū pro hæredibus appellauit, & usq; Adolla urbē Iude ueniet Maresa, id est, hæreditas, quæ gloriola est in urbibus Israhel, ut ubi dicitur, gloriæ, genitius casus sit numeri singularis huius gloriæ, & nō ntū pluralis hæ gloriæ. Vel certe ita intelligamus: Captiuitas Israhel quæ evenit Lachis, & Geth, & Maresa, usq; Adolla qd ueniet, expressusq; legendū est gloria Israhel, ut per antiphrasin ignominia uel uastitas seniatur. Nunc idē qd paulo ante dixerat, transite uobis, habitatio pulchra cōfusa ignominia, uerbis alijs rursus edicit. Decaluarare & tondere sup filios delitiarū tuarū, dilata calū, tuū sicut aquila, qm captiuiti ducti sunt ex te. Et illuc transite cū dicit, hoc est sine dubio transibitis, & hic, decaluarare et tondere, & dilata caluitū tuū, id est ac si dicat: Decal uaberis & tondeberis, & caluitū tuū dilatabis. Verūtamē cū dicit: sicut aquila breuiter alii os pro alijs filiis restituēdos significat, ut uel ipse propheta, uel quislibet alius spūaliter intelligens, in ipsa, pro qua dolere poterat decaluatione & tonsione Israhelis cōsolatiōe nō careat. Quomodo em̄ uel ad qd decaluantur, siue caluitū dilatat aquila? Nimirū certo tēpore cū sensu, erit, ueteres pennas amittit, & remanet implumis, sed nouis renascentibus, ipsa iuueniescit. Vnde & Psalmista Renouabitur (ait) sicut aquila iuuentus tua. Ergo spū illud propheticus mystice innuit, qd pro filiis delitiarū, id est, pro filiis carnalis Israhel, qd et à fide exciderūt & de terra sua captiuitate mox traducendi erāt, alij nō filii carnis, sed filii promissionis, & fidei subrogādi forēt, atq; ita rursus iuuenescēs Israhel tanq; aquila renouata, plumis ac pentis floridis ornata in celū uolaret, qd nūc sit, & usq; in finē seculi fieri nō desistit, renascētibus ex oibus gētibus fidelibus, tanq; nouis plumis, & carnalibus filiis tanq; ueteribus plumis in oēs gētes ppetua captiuitate dispergit. Sequitur. Tē qui cogitatis inutile, & operamini ma-

Caluitū aquila.

Psalm. 103

CAP. II.

lū in cubilibus vestris. In luce matutina faciunt illud, quoniā contra dūm est maius eorū. Et concupierūt agros & violenter tulerūt, domosq; rapuerūt, & calūrias bantur virū & domū eius, virū & hereditatē eius. Iccirco hēc dicit dñs: Ecce ego cogito super familiā istā malū, vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi quoniā repus pessimiū est. Hactenus dixerat, qd propter scelus Iacob, & ppter p̄cā domū Israhel tradēda es et Samaria, malūq; descēsūrū a dño in portā Hierosim, & oēs populos terrāq; & plenitudinē eius scire optauerat iustitiae dñi, sic in populū quondam suum vindicantis, sed non dixerit modū sceleris siue peccatorū, id est, utri taliter peccassent, ut irā tantam merito sustinere deberent. Vt ergo amplius iustitia dei manifestetur, & ipsi esse inexcusabiles cognoscantur: Vae (inquit) qui cogitatis inutile, et operamini malū in cubilibus vestris, statimq; ad auditores conuersus, in luce ait matutina faciunt illud, quoniā contra dominū est manus eorū, etc. Modum peccati illorū in eo maxime exprimit quod ait: In luce matutina faciunt illud, quoniā cōtra dominum est manus eorū. Quid em̄ est in luce matutina, nisi ac si dicat nō in ignorantia? Et quid est, quoniā contra dominū manus eorum, nisi ac si dicat: non ex insūnitate, sed ex superbia, uel (sicut Psalmista dicit) quasi ex adipe prodix

COMMENTA R VPER ABBA LIB I

Psal. 72. prodit iniquitas eorum. Hic namq; modus peccati est deterrimus, cū quis nō per ignorantiā, nō per infirmitatē, sed scienter per superbiam peccare cognoscitur. Deniq; si per ignorantiā quis peccat, si per infirmitatē delinquit, adhuc uenia proxima est illi. Vnde Psalmista firmatē p̄ infirmitate posuit, q; v̄c iuentus ipsa magna carnis infirmitas est. Però peccator suus perbus dām exacerbat, & dñs (sicut ait idē) secundū multitudinē ira sua nō queret, id est, pereuntē nō requiret, ueniam illi non offert, quia multū iratus est.

Psal. 74. ter tenēs anchorā spei; Delicta (inqt) iuentus mea, & ignoratiās meas ne memineris. Iude

Psal. 9. perbus dām exacerbat, & dñs (sicut ait idē) secundū multitudinē ira sua nō queret, id est,

Vx tibi Hieroboam, de cuius peccatis nunc maxime agitur, ubi p̄missum est, in scelere Iacob omne fūdū & in peccatis domus Israhel. Tu enim peccare fecisti Israhel, & in circo tu solus sufficiās (exempli gratia) uenias ad mediū pro omnibus, quibus uē minatur, quia cogitant inutile &

operantur malū in cubilibus suis, in luce matutina, id est, scienter uel cū cōsilio & quasi faciēnt faciunt illud, quoniam cōtra dñm est manus eorum. De te namq; sic manifeste scriptura testatur. Dixitq; Hieroboam in corde suo: Nunc reuertē regnū ad domū Daud. si aſcendit

populus iste ut faciat sacrificia in domo dñi in Hierusalē, & cōuertetur cor populū huius ad dām suū Roboam regē Iuda, interficiētq; me & reuertetur ad eū. Et excoigitato cōsilio fecit duos uirulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra aſcēdere in Hierusalē. Ecce dī tu Irahel qui eduxerūt te de terra Aegypti. Hoc inutile cogitasti: inutile (inquit) q; nō profuit in imō pernoxiū, q; plurimum nocuit tibi. Nisi em̄ istud cogitasses, melius & diutius regnare

3. Reg. 12. potuisses, q; sic per prophetā dixerat dñs ad te. Si igitur audieris omnia q; praecepere m̄ & ambulaueris in uīs meis, & ero tecū, & ædificabo tibi domū fideliē, quā ædificauit Daud & tradidit tibi Israhel. Quia uero cogitasti hoc, nō solū cogitando, & faciendo, nō collamatis regnū tibi, uerū etiā nimis infeliciter te & thronū tuū deturbasti, secūdū uerba eiusdem domis

3. Reg. 14. ni per eundē prophetā dicentis, quia sic fecisti. Ecce ego inducā mala super domū Hieroboam, & pereutiam de Hieroboam mingente ad parietē, & clausum & nouissimum in Iher

hel, & mundabo reliquias domus Hieroboam, sicut mundari solet simus usq; ad purū. Quā mortui fuerint de Hieroboā in ciuitate, comedent eos canes, qui aut mortui fuerint in gra

vorabunt eos aues cœli, quia dñs locutus est. Ergo nimis inutile fuit qđ cogitasti. & ecce omniū illorū exemplū merito fieri debuisti, qui similiter inutile cogitant & operantur mali

in cubilibus suis. Qui nā sunt illi? Nimur omnes qui eiusmodi sunt, ut non ab aliquo in

Malicioſi. licioſi, quod te fecisse scriptura manifeste redarguit dū dicit: Dixitq; Hieroboam in corde suo, & cetera. Vnde & alius propheta cū de uitulo tuo loqueretur: Ex Irahel (inquit) ipse

est, artifex fecit illū. Tu es ille artifex notissimus inter oēs artifices, qui malum operantur, q; in luce matutina, id est, cōlēbationē nō ignorāter, sed scienter (ut iam dīctū est) faciunt illud, quod ex eo man-

guuntur, fortiter defendunt quod fecisti tu, qui redargutus per prophetam extēdīt manū

mauerat cōtra dominū, sicut scriptū est. Cunctū audis et rex sermonem hominis, ut pote

exaruit manus eius, quam extēderat cōtra eum, nec ualuit retrahere eam ad se. ¶ Huiusmo

di ut cōtra dominū, ita & cōtra fratres & proximos, quibus præualeat impie fortis, & feroci-

mosq; rapuerunt, & calumniabātur uirum & domum eius, uirū & hæreditatē eius. Tamen

quoq; quod uā illis sit, unus pro exemplo satis est, uidelicet Achab rex Israhel, qui cōcō-

reditatem eius. Calumnia fuit eiusmodi: Sumite (inquit) duos uiros filios Belial cōtra eū, q;

moriatur, et ita factū est. Talia fuerunt scelerā Iacob, et talia peccata domus Israhel, con-

querū à peccatis neq; reges neq; populares recesserūt, imō usq; adeo tandem in peto pro-

gressi sunt, ut cōtra ipsum dñm Christū cogitarēt inutile, et operarentur malum, in uā iusmodi calumniarentur et hæreditatem eius, dicentes cum uidissent eum: Hic est heret

Matth. 21. calumniantur et hæreditatem eius, dicentes cum uidissent eum: Hic est heret

3. Reg. 13.

Violentia res-
gum Israhel
contra proxi-
mos suos.

3. Reg. 21.

Matth. 21.

IN MICHEAM PROPHE CAP. II. Fo. CXXXII.

Occidamus eum, & nostra erit hereditas. Vnde igitur illis. Nam iccirco hec dicit dominus
 Ecce cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla uestra, & non ambula-
 bitis superbi, quoniam tempus pessimum est. Videmus ita factum, quia uidelicet de ceteris tribus iude-
 gii Assyriae potestatis subserunt, de quo auferre colla sua, nec portuerunt nec possunt, tribus
 autem Iuda in Babylonem ducta, rursus quidem de illa captiuitate collum suum abstulit, sed rursus
 captiuantibus Romanis collum suum iam erigere vel superbi ambulare non possunt, sunt enim
 contemptibiles coram omnibus hominibus, tempusque passionum est illis, maxime pro ciuitate
 te qua sunt excascati. Sequitur. In die illa sumetur super vos parabola, et catabitur
 canticum cum suavitate dicentium: Be populatione vastati sumus, pars populime
 comutata est. Quod recedit a me, cu reuertat, qui regiones nostras dividat? Pro-
 pter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cetero domini. Sensum scripturarum,
 sensum uerbi querere, & indagare cupientes, syluaticarum uenationum recordamur, quartum in Exemplum a
 usu quinque canes ueraciter uenatici sunt cōprobantur. Namque eius naturae, uel sagacitatis non canibus ues-
 sunt, ut uenationis infatigabili dilectione trahantur, mox ut spinetis, aut paludibus, aut sco-
 pulis, uel rupibus offensi fuerint, fugientem capreum aut hinnulū ceruorum, segnes obliuiscuntur,
 & ad domestica cubilia uacui reuertuntur. Qui autem canes ingenui uel naturali sunt uenatici,
 nullius difficultatis offensione superatur, sed eunt primitus per aspera, per inuia, & semel aspera
 de uenationis delectabilis odore trahuntur, quasi morituri nisi capiat, miserabiliter gemebus,
 di his apprehenduntur. Si canes domini sumus, sensus ueritatis in sanctis scripturarum sylua densissima
 uenatio nobis est. Currimus ut comprehendamus, & tunc lati sumus, tunc coram illo latra-
 ri gelimus, si inter oēs literāe difficultates pseueranter intēti, sensum boni & utilis, q lectio-
 rem edificat, & uelut coniuia oblectet reportamus. Capitulum præsens secundū saluum Difficultas
 iam dictam similitudinem, difficile est adeo, ut propter difficultatem eius dicat beatus Hiero- huius capituli
 nymus, & studiosus sensuum tractator, & fidelis literāe interpres. Si quis autem in lege domis
 ni die ac nocte meditatus, maius habuit studiū, maius ingenium, ocium, gratiamque & potest
 de presenti capitulo probabilius aliquid dicere, non sperno, non inuiduo, quin potius cupio ab
 eo discere quod ignoro, & libenter me discipulum profitebor, dum modo doceat, et non de-
 trahat. Nihil enim tam facile, quam oiosum & dormientem de aliorū labore, & uigilijs dispu-
 tare. Hæc ille pro difficultate dixit præsentis capitulū quo sic p. huc prophetam dictum est. Canticum Iud.
 In die illa sumetur super uos parabola, & catabitur canticum cum suavitate dicentium. De in fuctu Isa.
 populatione vastati sumus, & cetera ut supra. Reddiderat autem hunc sensum. Sicut enim
 mala operati sunt contra dominum, sic mala captiuitatis perpetua sustinebunt, & in tantā
 uenient angustiam, ut omnia eorum cætica, & psalmi uertantur in luctum, nihilque aliud no-
 uerit loqui populus, nisi hoc depopulatione vastati sumus, siue miseria facti sumus. Terram quippe recompensationis, que prius duabus & semis tribubus sorte diuisa fuerat, tristitia. Num. 32
 Jordanem Moysen mittente funiculum, & postea ab Iesu Naue tribubus reliquis dispersa. Iosue. 14
 sita. Hæc gentibus Romano mensore diuisa est. Et nemo fuit qui prohiberet, quin potius
 us cum uniuersitas obtineant nationes, nullus est in Iudeis qui antiquum pristinam libertatem
 possideat statum. Hæc ergo cum dicit, & cetera plura similia diuersis in locis, hiantem atque latram
 tem canem auditore reddit, ut sicut in plerisque sic & in præsenti loco seipsum adhuc subesse
 sentes, quantu[m] fugientem uelut capream aut ceruorum hinnulū non cesseret insequi. Dicit
 nos itaq[ue] quia dies illa, siue tempus pessimum, in quo parabolā sup illos sumenda, cæticumque
 cum suavitate cantandum prædictum, tēpus præsens est. Nunc enim sup illos parabolā sumptimus, Corin. 10
 uidelicet ex quo Apostolus sic prescripsit ut diceret. Hæc autem omnia in figura contingebat.
 illis. Nimirum quod corpora illorum in deserto prostrata sunt, qui rubrum mare transierant,
 & in Mose baptizati fuerant in nube & in mari, & illud quod decem tribus à domo David
 scisse sunt, & in Assyriis captiuitatem abierunt, & illud quod Hierusalē civitas sancta Chal-
 daico igne cōflagrata est, & Iuda in Babylonem transmigravit, parabola magna, parabola su-
 per oēs illos sumpta nobis est. Denique secundū horum similitudinem damna ecclesiæ, que de
 multititudine credentium, siue nomine tenus Christianorum frequenter acciderunt, mater ecclesia
 considerat, & ad correctionem siue ad consolationem filiorum parabolā eiusmodi sapienter res-
 citat, siue cū falsi fratres qui eandem profiteri fidem uidetur, propter malos mores aeternae
 promissi.

COMMENTA. RVPER. ABBA. LIB. I.

Vituli aurei
hæreticorum promissionis terra indigni estimantur, quasi in deserto prosternuntur, siue cù m angustie in
retici fidei veritatē abdicantes, ueraciter lese scindunt à domo Dauid, & impiorū dogma-
tū uitulos fabricantur, quasi aureo fulgore nitidi sermonis, ad simplices decipiendos tem-
intenti. Quid de Babylonica captiuitate dicā? Nunquid solūm parabolā nobis est, &

Psal. 136. nō etiā suave canticū: Deniq; quoties cātamus: Sup flumina Babylonis illic sedimus & le-
uimus, dū recordaremur tui Sion, &c. canticū cantat sup illos sumptū, & nobis cogitā-
qui reuelatos in Christo habētes oculos in illa captiuitate, q̄ tūc per Nabuchodonosorū
populo accidit, uniuersalē intelligimus captiuitatē humani generis quæ p̄ diabolū euenit
in transgressione primi hominis. Et taliter cantare, est dicere, depopulatiōe vastati sumus, quod
verū est, ita ut etiā ueraciter dicamus: mortui sumus. Nā in Adā omnes moriuntur,

Pars populi ite*i* communitata est. ¶ Quod autem subiungitur pars populi mei consumata est, propius ad quempiam de gente electum & sanctum, uerbi gratia, ad Apostolum pertinet, cuius populus secundum carnem Iudeus populus est. Nam illius populi sui quae pars fuerit, exprimit his uerbis: Quoꝝ adopertu

Ro. 9 filior, & gloria, & testamentū, & legislatio, & obsequiū, & promissa: quorū patres, & c.

Gene. 25 mutata, id est, tota dignitas Iuda is ablata, & gentibus data est. Quod dū dicitur, & fit sim-
tur super eos etiā in illa parabola, de duobus fratribus, Iacob & Esau, quia uidelicet secun-
dum illorū corporaliter gestam, fit hoc spūale mysterium, dū spūalia primogenita Iuda or-
rū cōmutata, id est, supplātatori populo gentiū data sunt. Nimirū talis assūm pto parbole
uel cantici, digna est p̄senti p̄eonio spūus propheticī, quia magna est, & ad illā p̄tēre allūm-

Rom. 15 ptiōne, de qua cū loquereſ A plus: Qua^e (inquit) assumptio, nīſi uita ex mortuis. Dicit autē huiusmodi parabolā loquētū suauitate dicitū: Vere nāq; suauē est hm̄i cantū, eis duxat, q; dicūt, & dicere ſciūt. Nā ecōtra illis ſug quoſ dicitur, ſecūdū eiusmodi parabolā, nimis amrū est tormētū. Vbi aut̄ dicitur: cōmutata eſt pars populi mei, ut ſequēs uerſiculus cohan-

Gene. 27 *ru eit tormentu. V brau dicuntur: Condata et paupera populi mei, ut teque adueniat, subaudiendū est eiulatīs, atq; dicētis: Quō recedet à me, cū reuerterat q; regiones nřas dñi: Sicut enim p̄dictus Esau, magno clamore irrugies, & eiulatu magno fles: iulte (ing) carū ē nomē eius Iacob, supplātuuit enim me en altera uice: priogenitura mea aū tulit, & nū s;*

catu e nome eius Iacob, uppia latit in me et alia dicit, prolegm. Intra
cudo subripuit bñdictione mea. Sic ppfus Iudaicus credet ex gëtibus ppfum, à altera quo
côtra se reversum est, & nô desistere, uidës dolet & torqueat, dicitq; Quo recedet à me diri
veritas & regiones nřas diuidas Regiones nřas Iudæorū in eo reuertétes diuidimus, q; q; p. 78.

uerat q̄ greges nras diuidit. Regios haꝝ iudiciorum in eo recte cōfessi. ta dulcedine primogenitoris q̄ ante tulimus. i. pdicatio eūāgelihi, quā suscepimus, ita suc- cingimur, & oēs scripturas eorū, legē & prophetas, & psalmos inquadimus, Ch̄o regione istas metiēte ad diuiditatem. i. sensum nobis aperiēte, ut intelligam⁹, optaret nos Iudeus ree- dere sibi cōstato primo genitis i. uerbo eūāgelihi, qd̄ oporebat illū primū loqui, sed nō de-

dere, salte cōtētos primogenitū, s. uerbo euagelī, qd oportebat illi p̄imū loquētū
fistūm, n̄i oēs (ut iā dictū est) scripturas rapiētes, spoliatos illos, & ab omni ueritate uido
esse ostēdamus. Cū iigit̄ secūdū hm̄o parabolā p̄plūs iste fit Esau, q & aī primogenita, &
s. d. enī iusta extērēta h̄dī dīcīōis recipiōs didic̄ recte mox dī illi: Propter hoc non erit

scđo uniuersas æternæ bñdictionis regiones padiit, recte mox or illi: Fp. quod
ribi mittes funiculū sortis in cetu dñi. Et est lensus. Qm̄ tu ò popule carnalis, ḡttemen-
tob existimas, talis effectus es, ut recte de te talis parabola sumpta sit, et canticū q̄ decantari
et. Ego seculumque in crudelitate ò pñm̄ quis me traxerit prostrata ē in deserto, nec tenet
q̄

**sis Esau, q̄ sit multitudo incredula, q̄ q̄ uis mare traherit, prostrata e in deu-
missionis intravit, q̄ sisilla turba, q̄ scidit se a domo David, & uitulos aureos fecit, pro-
hoc nullus de tuo ceto cōputabatur inter eos, quocat sunt à dño ut promissione accipi-
tūt, q̄ uis mare traherit. Sacrae l. Ill. loquacim s̄ loquentes non stillabit sup istos re-**

Le quodammodo loquentes, non utiliter impetrant
et prehendit confusio. dicit dominus Iacob. **M**iquid aberratio est ipsius
aut tales sunt cogitationes eius? **O**rdo verborum est. O domus Iacob, dominus dicit. Ne
adirentur vobis omnes filii hominis et confundebant eum confusio. Ne logimini loquente

ponſiōes
xorū con-
nos.
quamini loquētes, nō stillabit ſup iſtos, nō cōprehēdet eos cōfūſio. Ne loquimur lo-
nunqđ abbreviatus ē ſpūs dñi, aut tales ſunt cogitatiōes. ¶ Porr̄d, q̄ ſenſus fit qđidiano ex-
timēto ferē p̄dociſi poſſum⁹. Quoties nāq illis loquimur dīcētſcōdēnari om̄ne hominē

Iohann. in Christū nō credētē, nec lūdātū ptinere ad salutē Chīo incredulū, juxta illud
dulūs est filio, nō uidebit uitā, sed ira dei manet in eo, quāto magis q̄c de scripturā
ribus istud cōprobari nūtīmūr. Tāto bellīcosius scutū cōtra arripiūt, scutū cordis sibi facit

**Responsões
Iudæorū con-
tra nos.**

Johan,

IN MICHEAM PROPHE. CA^{II}. FO. CXXXIII

magnitudinem patrum suorum, dicentes, impossibile esse, ut condenseretur genus illogum, & istud quoque dicunt: Nunquid medax est deus, aut mutabilis est deus? Nunquid sicut homo diversus voluntatibus variatur, ut olim circucisionem, nunc autem baptismum subire debeamus, ut olim firmaverit nobiscum pactum & cum patribus nostris, & nunc ad inimicitias conuersus sit? Ni misericordia sicut nunc de iudicio futuro, ita & tunc quando praeveniabant Prophetem aduentum Astarte, sive Chaldaeorum, & in captiuitatem itus, eum propter peccata populi illius, totum quod dicebatur repellebant, & incredibile esse uolebant, impossibile esse decerbat taliter derelinqui, qui, qui sanctum populum, & sanctam progeniem patrum sanctorum, locum sanctum, templum pulchrum & gloriosum. Dicebant ergo secundum uerba haec in stillabit super istos, & non comprehedet eos confusio. Nunquid abbreviatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? dicebat (inquam) mendaces & blasphemos esse Prophetas, immo nec prophetas, sed audaces dici debere Sycomiatas, quod audierat dicere, quod stillare deberet ira de celo super Abraham filios, super genus Iacob, ac super stirpes Iacob, quod gentem sic magnificata & honorata comprehendenderet confusio, quod tam brevis diceretur esse spiritus domini, ut tam cito punieret eum super bonis quae promiserat illis, & quod tales, id est, tam mutabiles diceretur habere cogitationes deus, qui est incomparabilis. Siqdem aiebant, homines isti non querunt pacem populi huius, sed malum. Haec ergo intueris Prophetam, immo per Prophetam dominum, ne inquit loquamini, loquentes uerba huiuscemodi. Quid enim? Nonne uerba mea bona sunt, cum eo qui recte graditur? Et ecce contrario, populus meus in aduersariis consurrexit. Ac si dicat: Ut quid talia loquimini, & quali pro me amulatimi, declamando quod ego sum deus fidelis, deus patiens & longanimes, quod non essem, si stillaret a me malum super uos, si comprehenderet uos confusio? Nonne & cum istud uobis fecero, nihilominus uerba mea, cum quo esse debent, cum eo sunt bona & prospera. Et quis ille est, nisi is qui recte graditur? Nam in contrario debet esse dura, & aduersa cum eo, qui non recte graditur, qui in contrario consurrexit, quod fecit populus meus. Consulte ipsam, quam suscepisti legem, & ipsa respondebit uobis quales inter me & uos conditiones fuerint. Exempli gratia: Custodi ergo praecpta, & ceremonias, atque iudicia, quae ego mando tibi hodie ut facias. Si custodieris & feceris ea, custodiet dominus deus tibi pactum & misericordiam quam iurauit patribus tuis: En (inquit) propono in conspectu uestro hodie benedictionem & maledictionem, benedictionem si obedieritis mandatis domini dei uestri: maledictionem, si non audieritis mandata domini dei uestri. Ecce autem populus meus mandata mea non custodiuimus, sed in contrario consurrexit. Nunc ergo exigere potest aut debet, ut cum eo uerba mea bona sint, ut esse debent cum eo recte graditur, & non potius maledictionem subire, sicut in conditionalis legis decreto continetur. Ad hanc tantum quereret populus in quo mandatis domini non obedierit, sed potius in adversariis consurrexit, protinus subsequitur, & dicit: Desuper tunica pallium sub tulistris, & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Adulteres populi mei eieciisti de domo deliciarum suarum, a parvulis eorum tulistris laudem meam in perpetuum: Surgit et ire, quia non habetis hic requiem. Propter immunditiam eius corrumperetur putredine pessima. Causas reddidit, ex quibus concinuit populus, quod in aduersariis consurrexit. Oportebat autem causas esse universales, i.e. ad uniuersum populum pertinet, quoniam non de uno homine, quod in aduersariis consurrexit, sed de uniuerso populo, dictum est, per apostrophen ad uniuersum populum desuper tunicam pallium sustulistris, & cetera omnia uerbi praeferiti temporis, quod non uideretur adeo esse conuenientes, si tantummodo de quotidiani loqueretur iniurias sive rapinis. Igitur ubi quando & quo populus domini, ita in aduersariis consurrexit, ut desuper tunicam pallium sustulerit, & cetera haec faceret de sancta scriptura rationibus proferendum est, & nihilominus quis ille fuerit, cuius desuper tunicam pallium sustulerunt. Hoc facere cupientes, primus querimus quid rationis fuerit, quod Achias Propheta loquesca Hieroboam in sermone domini de regno, pallio nouo quo idutus erat, rem ipsam taliter significauit, ut scinderet illud in duodecim partes, tolle (inquit) tibi decem scissuras. Haec enim dicit dominus deus Israel: Ecce ego scindam regnum Salomonis de manu eius, & dabo tibi deum tribus. Profecto pallium suum regnum Israel satis manifeste significauit, atque idcirco factum illud hic in praesenti loco cum dicitur, desuper tunicam pallium sustulistris, nos animaduertere facit, Pallium, regnum quia a celestis gratia pueru suo David, quasi pallium super tunicam dederat Israel & Iuda, ut super Israel.

Z utrumque

Tunica, regnum Iuda,
Pallium, regnum
Israel.

COMMENTA RUPER. ABBA. LIB. I.

s. Regū. 5. utrūq; regnaret. Prius quasi tunica induerat illum, quando regnum dedit ei primum super Iudam solū. Septem quippe annis regnauit in Hebron super domū Iuda, priusq; regnaret super oēm Israhel. Quando uero uenerūt uniuersæ tribus ad David in Hebron, & unixerunt eum regē super se, cum iam septē annis, ut diximus, regnasset super domū Iuda, tunc dñs eidem David, super tunica palliū quoq; addidit. Et congrue sicut per Israhelē palliū, sic & per tunicā dominus Iuda intelligitur: quia uidelicet sicut tunica proprius hæret corpori q; palliū, sic tribu Iuda, ppingor q; cæteræ tribu fuit ipsi David, nam ipse ex illa tribu extitit. Ignor o popule meus si queraris cur dixerim, & econtrario populus meus in aduersariatu consurrexit, ecce dico uobis: quia desuper tunicā palliū sustulisti. i. uosmetipso semini David ademistis, uosipse de tribus ab ipso recessistis, ut à me quoq; recederetis sicut & fecistis. Nam relicto altari & templo meo, spretis permissionibus seminis quod est Christus, quæ dictæ sunt ad David, uitula aureos: quos fecit Hieroboam, coluistis, & colere nō desististis. Hoc agentes sue agere immensum dudū intendētes, eos qui transibat simpliciter conuertistis in bellū. Qui nam erant illi? Nimirum ipse David & uiri eius, uiri fortes immodice fortissimi, & quantū fortes, tantū simplices. i. bona fide & simplici corde cum deo & hominibus ambulantes. Illos (inquit) conuertistis in bellū, conuidentes sup uos regem Absalon aduersus patrem suum, & illo mortuo, rursus sequentes

Ibidem. 20 Seba filium Bochri. Iam tunc pene desuper tunicā palliū modo iam dicto, sustulisti: quia uoluerat delicit buccinante Seba & dicente, nō est nobis pars in David, nec hæreditas in filio Isai, separatus est omnis Israhel à David, & ita sine pallio parumper remansit in sola tunica: quia soli adhæserunt ei contribules sui uiri Iuda. Peccauerat nāq; in Vriam, & idcirco laborabat, subtrahente dño ad breue tempus pacem uestram, nō tamen auxiliū sui gratiam: quicquid illo, pp̄spio, ita recepit palliū sicut & tunicā. i. Ifrahalem sicut & Iudā. At ubi peccauit filius eius Salomon, nō in unū hominē, sicut ipse David in Vriam, sed in ipm deum colendo deos alienos, pp̄pter mulierū concupiscentiam, tunc infirmata est domus David, & uos præstis tollere illi palliū, nec enim uobis resistere potuit. Quare? A me enim (inquit dñs) factum est uerbum hoc, id est, iudiciū hoc, uidelicet ut non possit resistere domus David cū gentibus peccatis, ut dimitterem uos secundum desideria cordis uestri. Notanda pp̄petita dictionis: quia sic est dictum, ut eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellū. Transire nāq; sanctoꝝ & electoꝝ est, qui manentem hic ciuitatem non habent, sed futuram inquirunt secundum nomen Hebraeoꝝ, de quibus David tam fide q; carne ortus est. Hebrei nāq; latine dicuntur transitores. Eiusmodi fuerunt David, & Ezechias, & Iosias, & cætera domus

5. Regū. 14. David fidelis, intra quam & domū Hieroboam, sicut scriptura refert, semper bellum fuit, luxta quam similitudinem nunc usq; sp bellū est, & erit usq; in finem seculi, inter eos quin præsenti seculo animū figunt, & eos qui ad æternā futuri seculi bona transire fatiguntur & eos (inquit) qui transibant simpliciter conuertistis in bellum, & in illo bello malitodiu nūiūtis triūphū. Quomodo? Mulieres (inquit) populi mei eieciſtis de domo deliciae, & à paruulis earum tulistis laudem meam imperpetuum. Quæ nam erant mulieres populi mei, nisi homines infirmiores in uobis, qui populus meus esse debuistis? Quæ autem domus deliciae, eiusmodi mulierū, nisi domus mea in Hierusalē, domus orationis in qua inocabatur nomen meum. De illa domo uos mulieres illas eieciſtis, id est, infirmiores & pauperes, quibus prævaluerat, sicut mulieribus solent uiri prævalere. Eieciſtis (inquit) uidelicet nendo, & teneri cogendo illud edictum Hieroboam: Nolite ultra ascendere in Hierusalem sed ite ad adorandum uistulum usq; in Dan. Ita enīiendo mulieres à paruulis eaz tulistis laudem meam imperpetuum, id est, ignorantem & errantem multitudinē, fecistis in malo perfuerare, ut nunq; recederet à peccatis Hieroboam. ¶ Notanda hic trina distincio peccantiū, quam in sanctis scripturis animaduertere solemus, ita ut eoz qui per ignorantia, & eoz qui per infirmitatem, & eoz qui per superbia peccant. Nam qui p; superbia peccat, ipsi sunt contra quos maxime inuehitur, sic incipiendo, & econtrario, populus meus in aduersariatu surrexit. Qui autem per infirmitatem peccatis consentiunt, ipsi sequenti loco denotatur: cendo: Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciae suaꝝ. Porro qui per ignorantiam delinquunt, ipsi sunt de quibus ait: A paruulis eaz tulistis laudem meam imperpetuū. Quænam pariter inexcusabiles sunt, & illi fortes uiri simpliciū debellatores, qui fortiter despallaverunt,

3. Reg. 12 Trina distincio &io peccantiū um, quam in sanctis scripturis animaduertere solemus, ita ut eoz qui per ignorantia, & eoz qui per infirmitatem, & eoz qui per superbia peccant. Nam qui p; superbia peccat, ipsi sunt contra quos maxime inuehitur, sic incipiendo, & econtrario, populus meus in aduersariatu surrexit. Qui autem per infirmitatem peccatis consentiunt, ipsi sequenti loco denotatur: cendo: Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciae suaꝝ. Porro qui per ignorantiam delinquunt, ipsi sunt de quibus ait: A paruulis eaz tulistis laudem meam imperpetuū. Quænam pariter inexcusabiles sunt, & illi fortes uiri simpliciū debellatores, qui fortiter despallaverunt,

IN MICHEAM PROPHE CA. II. FO. CXXXIII

& illæ mulieres quæ cum uiri esse deberet, esse cœminatos tali in periculo animos habuerunt, timendo homines plus q̄ deum, & illi paruuli sensu qui scientia dei non habuerunt, & omnes pariter una sententia feriuntur, quam protinus depromit, dicens: Surgite, & ite; quia nō habetis hic requiem. Quod cum dicit: subaudiendum est illud, quod notissimum est & esse debet, propter peccata Hieroboam, uel quia non recessistis à peccatis Hieroboam qui peccare fecit Israhel, ut sequens uerfculus, propter immundiciam eius, neq; præsens est nominatiuus casus quem requirit, hoc tertiae personæ uerbum corruptetur. Nō utiq; accidit hoc per imperitiam sive incuriam eloquentis, sed per naturam & saueram indignationem prophetici spiritus infame nomen execrantis, & superfluum esse iudicantis, in libro suo scribere uocabulum, quod toties historia sacra denotauit dicendo de singulis regibus Israhel, nō recessit à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israhel. Itaq; propter immundiciam eius, subauditur Hieroboam quem tu o lector quo ignorare potes: eius (inquit) qui peccare fecit Israhel, putredine pessima corruptetur, ipse q; in immundiciam eius suscepit Israhel? Vide ergo ut sanctæ scripturæ sis familiaris ac domesticus, & tunc animaduertis, q; familiariter ad te conuersus spūs propheticus q; dixerat, fugite & ite; quia non habetis hic requiem, dicit tibi propter immundiciam Hieroboam corruptetur Israhel putredine pessima. Quam pppter immundiciam Nimirum propter uitulos, cultū, qui magna est immundicia eius q; fecit eos. Si enim de uno uitulo que fecerat in deserto ueraciter dictū est, V idē ergo Moses pp̄lm quod esset nudatus, spoliauerat eum Aaron propter ignorantia sordis, quanto magis de duobus recte dicitur propter immundiciam eius q; illos fecit. Igitur propter immundiciam eius, propter non dños, sed uitulos eius: quia factus est immundus, Israhel corruptetur, nō qualicq; sed pessima putredine, nō sola corporis quæ nūc imminet captiuitate: sed animar; quoq; abiecit dñe, & irre, cuperibili damnatio: quia p̄cūtientia noluerunt agere. His dictis ex imperio dñi, statim ex affectu pp̄rio subiungit: Ultimā non eēm vir habēs sp̄m, & mēdaciū potiū loquerer. Non enim absq; dolore, sine misericordia, sine cōpassione circa genus suū esse poterat homo dei, q;is cōtra eos inueheretur in sermone dñi zelo tam uehementi, sicut nec Ap̄luscū aduersus idipm genus suū uehemēter inueheretur, declamādo cæcitatē eius, ita plocutus est. Veritatē dico in Christo nō mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, qm̄ tristitia est mihi magna, & cōtinuus dolor cordi meo. Nam quo pondere statim ibidē subiungit: optabā enī ego ipse anathema esse à Christo, p̄fratribus meis, q; sunt cognati mei scdm carnē meā, q; sunt Israhelitæ. Eodē & iste: utinā (inquit) nō eēm vir hñs sp̄m, & mendaciū potius loquerer. Nempe q; facit hoc, anathema est à deo, utpote pseudoprophetā loquens de corde suo, nō qd̄ deus inspirat: sed qd̄ mēdaciū p̄ diabolus serpēs antiquus insibilat. Ad hanc dñs respōdet. Stillabo tibi vñū in ebrietatē, & erit, super quem stillatur, populus iste. Ac sic dicit: Non erit ita, ut tu nūc optabas: sed tibi stillabo ut nunc usq; stillau, nō aquā mendaciū sicut pseudoprophetis: sed vñū ueritatis sicut uatibus sanctis, & hoc usq; inebrietatē, & usq; quo tu inebrieris, & tacere nō possis: sed loquaris ex abundantia cordis, & sup quē stillat ure, ppheticē pluvia, pp̄lus est iste pro quo tu doles, & quantūuis doleas, iste est, iste (inquit) putredine pessima, sicut pphetae, cotrupi haber, Hmōi dolor consolatiōne dñi dignus est. Sequt ergo, dicitq; & ipsi & p̄ ipm cæteris humiliū seruorū suorum consolator dñs. Longagatione congregabo Jacob, totum te in vñū conducam, reliquias Israhel pariter ponam illum quasi grege in ouili, quasi pecus in medio caular, tumultuabuntur a multititudine homini. Ascendet enim pandens iter ante eos, dividunt & transibunt portam, & regredientur per eam, & transibit rex eoz, coram eis: at dominus in capite eoz. Profecto liquet uerba consolatoria hæc esse, ut nō doleat Jacob sive Israhel. i. quicunq; de illo Patriarcha sancto scdm carnem natus, scdm fidē quoq; filius eius, quemadmodū iste Propheta dolens dixerat: utinā mendacium loquerer. i. utinā nequaq; scdm prophetiam mēā tanta Israhelitica multitudinis amissio fieret. Vtina cæcitas in Israhel nō contingere. In eodem istū spūs consolator, in quo & Ap̄luscū, q; dum loco supra memorato dixisset: quia cæcitas ex parte contigit in Israhel: subiunxit, donec pleni tudo gentiū intraret, & sic ois Israhel saluus fieret. Illa plenitudo gentiū hic dicitur Jacob. i. Supplantator, dicendo congregatione cōgregabo Jacob, totū est. Nā reliq; Israhel, q; ut idē

Immundicia Israhel, uitulos, rum cultus
Exo. 32.

Rom. 13.

1340

Z 2 Ap̄luscū

COMMENTA RUPER ABBA LIB .I.

Apostolus ait: scdm electionem gratiae saluae factae sunt, manifeste hic sequentibus verbis exprimitur, in unu conduca reliquias Israhel. Et est sensus: Iacob, id est, suppluator ex gentibus pp'm congregas, & reliquias Israhel conduces, unu efficiet, ut in unitate sint trahendo una fide, & unu spiritu, ut nulla sit distinctio pro carnis origine: sed omnes tam ludorum Graecis filii sunt Israhel, & filii Abrahae, & indifferenter reputetur in semine. Hoc est, quod ad huc repetens pulchra exornat similitudine. Pariter (inquit) ponam illam, quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum. Idem uidetur esse quasi gregem in ouili, & quasi pecus in medio caularum, sed non sine causa repetiuit: quia uidelicet nunc quidem est unus grex & unus ouile, sed aliunde grex Iudaici, & aliunde uenit grex gentilis populi. Nam ipse pastor oim dixit. Ex aliis oves habeo, quae non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uoce mea audiens, & fieri unu ouile & unus pastor. Igitur & reliquias Israhel quasi gregem in ouili, & plenitudinem gentium, quasi pecus in medio caularum pariter ponam: & pariter (inquit) id est, habentes unu fidei & unum spiritu, ita simpliciter obedientes unicam regulam veritatis, sicut mansuerunt oves subditae sunt pastori. Nec uero parua multitudo erit: sed tumultuabitur ait a multititudine hominum, quia uidelicet oves istae homines sunt, & homines hi tam multi erunt, ut magnus & publicus per orbem terrarum faciat divina laudis tumultum, cum magno tumultu ccelum herbidumque pascendo compleant paradisum. Quod cum factum fuerit, nec tu Michæl, nec aliquis Propheta fine Apostolorum dolor aut tristitia habebit de ammissione filiorum Israhel carnali. Talis uel tanta cogitatio, quia uel per quam facienda foret exponens: ascendit enim (inquit) pandens iter ante eos, diuident, transibunt portam, & egrediuntur per eam transibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum. Iste pandens iter, iste rex & dominus transiens coram eis, ipse est, qui loco iam praefilibato in via gelio dicit: Ego sum pastor bonus. Quoniam iste ascendit, pandens iter ante eos. Cum (inquit) prias oves emiserit, ante eas uadit, & oves illam sequuntur: quia sciunt uocem eius. Quoniam ante eam, nunc pascendo pro illis, relinquens exemplum patiendi, & aperiens aditum paradisi. Ascendet ergo (inquit) subauditum in cruce & exaltabitur a terra bonus pastor, ponendo aiam suam super ouibus suis, ascendet super occasum, i. super mortem, resurgendo morte quippe calcabit, & aliquid super celos coelorum, & sedebit ad dexteram patris, pandens iter ante eos, uidelicet ut eum perniciat humilitas gregis, quo præcessit celistudo pastoris. Sic illo pandente iter, extunc diuident, transibunt portam, & egrediuntur per eam, illa uidelicet portam, de qua Psalmista: Haec (inquit) porta domini, isti intrabunt per eam. Quae nam haec est porta nisi ipsa eadem passio Christi, extra quam nulla est porta, nulla est uia, qua in uitam quis posset ingredi? Porta illa quam fecit in latere crucifixi lancea militis inundatione illam sanguinis & aquae, que inde profluxit, diuidit (inquit) & transibunt & egrediuntur per eam: nimis secundum divisionem maris rubri, per quam transierunt filii

Porta iustorum
passio Christi

Psalm.117

Exo.14.

Iohan.10

CAP. III.

Exo.14.

Iohan.10

Exo.14.

CAP. III.

Exo.14.

IN MICHEAM PROPHE CA. III. FO. CXXXV

& domini nostri, de quo nobis nunc sermo fuit, rursus ab altero exordio incipies. peccata Iude & Hierusalem deponit, & penam prædicit, quam simili sine concludit, sicut sequens scripturæ series ostendit. Præmisso nāq propter hoc causa uestrī. Sion quasi ager arbitur, & Hierusalem quasi acerius lapidum erit, protinus de Christo subiungit: Et erit in nouissimo diez erit mons domus domini præparatus in uertice montū & cetera. Igitur dum præmisso, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, & quasi pecus in medio caulag, dominū Principes & ascendentem & iter pandentem dixisse, & subiungit: Audite principes Iacob, & duces dos duces lude, mus Israhel, subintelligendum est, falso principes, & falso duces, nam ueraciter fures, fures, latro, & latrones. Nam & illud quod sequitur: nunquid non uestrū est scire iudicium, qui odio nes habet bonum & diligit malum, melius daret quanti uel q̄ grauissimi sit ponderis, si ad eius dem sermonis respiciamus initium, quod tale est. In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut Iohan. 9 Mat. 15. & 23 qui non uident, uideant; & qui uident, cœci fiant. Sic incepti sermonis causa erat, qd Phas, risæ, quos ipse interdum duces cœcos appellauit, illum à nativitate cœcum, quem ipse illus minauerat propter testimonium ueritatis, foras eiecerat, & extra synagogam esse fecerant. Cū ergo sic incepisset, in iudicisi ego ueni in hunc mundū ut qui non uident, uideant; & qui uident, cœci fiant: illis contradicentibus. Nunquid & nos cœci sumus, uerbis subsequentibus Iohan. 9 dignos esse illos cœcitatate comprobauit, & nondum quidem uideri sibi meti ipsi quod essent cœci, sed mox futurum esse, ut eos tanq̄ furum & latronum eruerentur oculi. Sequitur enim Ibidem. 10 Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed ascendit aliunde, ille fur est & latro & cetera. Igitur o falsi principes, & falsi duces domus Israhel, ueri fures & ueiri latrones, qui non intratis per ostium ouile uiuum: sed ascendisti aliunde, neque enim intratis per uerum uerbum dei, sed per uestrum mendacium, se cœtates turpe lucrum, qui odio habet bonum & diligit malum, ejicit enim uidentem & illuminatum, & omne pecus uultis esse cœcum, audite hoc. Nunquid uestrum est scire iudicium, subauditur & non misericordiam? Misericordia nāq longe facta est à uobis: iudicium autem scietis, iudicantis facta ueritatem experiemini, ut uidelicet efficiamini, quemadmodum dixi: quia in iudicium ueni, ut qui non uident, uideant; & qui uident, cœci fiant. Hoc uestrum est, hæc pars uestra uobisq̄ reposita est. Quare? Quia facitis quod furis est, qui non uenit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Vos (inquam) hoc facitis quod furis est, nec ad aliud uenistis, nisi ad hoc, ut furemini & mactetis, & perdatis, quippe qui uiolenter tulistis pelles eos & desuper eis, & carnem eos desuper ossibus eorum. Hæc dicendo, cooptam seruat metaphoram ouium quas fur idcirco suratur ut mactet, & pellibus detractis, carnes earum deuoret. Sic enim illi fures & latrones qui sibi uidebantur principes & duces, prædam de populo faciebant, & substantias eos & uerum deuorabant. Sed parum erat res eorum corrosisse uel sorbiisse avaritia profunda, & insatiabili cupiditate, nisi seductas quoq; animas eorum perpetuae traderent gehennæ. Itaque quod minus dixerat sequenti uerbiculo supplet. Conuersus ad auditores, ut declamationis atq; conuætionis uis acris sonet. Qui comedunt (inquit) carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriaverunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt in lebete, & quali carnem in medio ollæ. Vere ergo fures, vere latrones. Vere (inquit) fures, qui & furati sunt & mactauerunt, & perdidierunt. Mactauerunt enim corporaliter eos, qui non consenserunt, nolentes audire uocem alienorum, & perdiderunt eos qui sibi consenserunt occidentibus pastorem & episcopum animarum suarum. Vtrobicq; fures, utrobicq; latrones. Comederunt Osee. 4, (ait) carnem, id est, peccata populi mei, sicut per Prophetam alium dictum est, peccata populi mei comedent. Nam per carnem & sanguinem peccata designari solent, ut illic: Carno. 1. Cor. 15 & sanguis regnum dei non possidebunt. Comederunt autem substantias eorum quibus facta erat ad peccandum, non tantum ultro oblatas, uerum & per dolum, & per uitim distractas, Hoc pulchre per ordinem eiusdem metaphoræ coelestis eloquentia figuravit, dicendo: Et pellem eorum desuper excoriatur, & ossa eos confregerunt, uidelicet ut fieri solet in mactatione & deuoratione ouium. Primum quippe pelles arte lanistarum desuper excoriatur; deinde ossa: quia pro sua duritia dentibus & cultro resistunt, cōfringuntur, ut ad medullæ pinquedinem perueniantur. De eo quod medium est, id est, de carnibus: ille nāq inter pellem & ossa sita sunt. Nouissime dicit, & conciderunt sicut in lebete, uel hoc solum, quasi carnem in medio

COMMENTA R VPER: ABBA LIB I.

**Lebes & olla
in quo diffes-
erunt.**

medio ollæ. Verum, quia non frustra putandus est utrumq; dixisse, quærimus utramq; co-
citionem utrumq; pœnalis officinæ instrumentum lebetem & ollam. ¶ Primum hoc ani-
ma duertendum; quia lebes & olla hoc differunt: quod lebes os latum habet superius, olla
oris angustias habens, ventre dilata. Et de lebete quidem bulliente difficile quid manu edu-
citur: de olla uero difficultius. Vt transq; ergo angustiam in celicium hic intelligimus, quorum
causa illis, id est, principes & duces extiterunt, scilicet & eam quam à Romanis feruentili
ma obsidione, & eam quam à malignis spiritibus perpessuri erant gehennali igne. Dupli-
cavit iuxta Prophetam contritione conterendi erant quod & Psalmista clarius distinguens

Hiere.ij

Psal.62

Tradentur in manus gladij partes uulpium erunt. Et de Romana quidem obsidione quod
de lebete nonnulli, q̄uis difficile superfuerunt: de gehennæ autem angustijs quasi de oleiu-
terioribus, aut euadant difficultius, imò omnino impossibile est. Multum dissimilia, quinimo
& ualde contraria sunt. Hæc suprascriptis illis, quæ à bono pastore dicta sunt, pariter possi-
illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum. Qui illa dixit ipse pascit, qui illi
faciunt ipsi occidunt. De quibus adhuc subiungitur: Lunc clamabunt ad dominum, &
non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis, in illo tempore, sicut nequiti
egerunt in adiunctionibus suis. Lunc (inquit) quando ponam illos quasi gregem in
ouili, & quasi pecus in medio caularum, quando alias oves quas habeo, quæ nō sunt ex hoc
ouili, adducam: quia uocem meam audient, & fieri unum ouile, & unus pastor, nulla distinc-
tione habita Iudei & Graci, tunc & illi fures & latrones, & isti oves insipientes, imò hie-
di magis quam oves, siue oves errantes, quæ audierunt uocem alienorum, clamabunt ad
minim, & non exaudiet eos. Et non solum non exaudiet eos: uerum etiam absconde faciem
suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adiunctionibus suis, id est, sicut meruer-
unt nō ignoranter sed nequiter malum operati, nō casu uel imprudenter in peccatum lapi,
sed ad malū intenti, nō ad deuitandum, sed ad concinnandum oīne quod iniquū est toto arti-

Psal.13

mo dediti, & male studiosi, sicut Psalmista cum dixisset: Corrupti sunt & abominabiles faci-
sunt, addidit, in studijs suis. Et ista prosector superioribus ex aduerso respondent ubi cum di-
xissent: ponam illos quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum securus est, & ait:
Tumultuabuntur à multitudine hominum, ascendet enim pādens iter ante eos, & transibit
eorum coram eis, & dominus in capite eorum. Illi tumultuabuntur à multitudine hominum,
& dominus ascendit, pandens iter ante eos. Isti clamabunt ad dominum, & non exaudiet
eos. Coram illis transibit rex eorum, & dominus in capite eorum. Coram illis nō solum non
transibit dominus, & non solum in capite eorum non erit: uerum etiam absconde faciem su-
am ab eis, quod proculdubio nunc factum est, & fit, posito insuper uelamine super coreo,
ut uidere non possint. Sequitur: L Hec dicit dominus super prophetas, qui seducunt
populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem, & si quis non dede-
rit in ore eorum quippiam sacrificium super eum præsum. Propter ea non vobis
pro visione erit, & tenebre vobis pro diuinatione. Et occubet sol super prophetas
& obtenebrabitur super eos dies. Et confundetur qui vident visiones, & confundi-
tur diuini, & operient vultus suos, quia non est responsum dei. L Inter omnes princi-

**Prophetæ Ju-
daicorum An-
nas & Cai-
phas.**

Iohan.ii

pes ac duces, de qualibus hactenus dictum est nō prætereundi erant Prophetæ illius tempo-
ris, prophetæ mordaces, & populi seductores, uidelicet Annas & Caiphas, quorum unus
qui erat pontifex anni illius, prophetauit: quia moriturus erat Iesus pro gente, & nō tantum
pro gente, sed ut filios dei, qui erāt dispersi, congregaret in unum. Dixit enim: Vos nesci-
atis quicquam, nec cogitatis: quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & nō tota
gens pereat. Evidet cum hoc dicere, falsum erat, quod animo sentiebat: sed uerum era,
quod uoce sonabat. Sētiebat quippe uel alios sentire uolebat, quod nisi moretur Iesus cui
rex & Christus dicebatur, causa fieret Romanis, quorū imperio subditi erant, ut uenirent
cumq; & gentem tollere uenerat. Et hoc falsum erat, neq; em Christus regna Romanorū siue aliis
gentium tollere uenerat, siue occasionem dare inimicitiæ, siue uendicata sibi ulla potestare
rena. Verba autem illius hoc sonabant, quod Iesus pro omnium filiorū dei redemptio
riturus esset, & hoc uerum erat, & ueraciter ita factum est. Igitur Prophetæ illi, id est, ponti-
fices, quorum unus taliter prophetauit, nō erāt prætereundi quin aliquid audiret plus quæ-
pans

IN MICHEAM PROPHECA III. fol. CXXXVI.

Principes ac duces cæteri. Hæc ergo dicit dominus super Prophetas qui seducunt popula meum, qui mordent dætibus suis, & prædicant pacem. Non dubitum quin Prophete illi seduxerint populum plus q[uod] seduxerat unq[ue] prophetæ Baal, quales temporibus Achab & Je zabel extiterunt. Nam illi seduxerunt populum in tantum ut derelinqueret dominum & co lerent Baal. Iste in tantum seduxerunt ut crucifigerent dominum, & eligerent Barrabam. ¶ Quod autem subiungit, qui mordent dentibus suis, adeo uerum est, ut iuxta Psalmistam:

Dentes eos
Plal. 56

Dætes eorum arma fuerint & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Itaq[ue] cum tam mordaces fuerint homicidae, q[uod] sicca prædicauerunt pacem, cum multa indicia sint, illud admiratione facit, q[uod] dñs noster per pacis osculum traditus est illis. Et si quis (ait) nō dederit in ore eorum quip piam, sanctificat super eum prælium. Brevis quidem, sed alta nimis & uehemens declama rum.

Et quidem de multitudine ualeat intelligi: quia de multis uerum est, q[uod] eos sibi hostes reputauerint, quād nō dederūt, & amicos q[uod] nō dederunt in ore eorum. Sed de domino nostro præ omnibus intelligendum est, q[uod] idcirco sanctificauerint super eum prælium: quia nō dedit quippiam in ore eorum, imò disputabat contra avaritiam illos. Deniq[ue] si talis uenisset iste Messias, id est, Christus, qui per Prophetas promissus erat, ut terreno sustulatus regno ampliareret domos, & augeret diuitias eorum, tunc placuisse eis, tunc pacem suam obtulissent ei. Quia uero pauper & contemptor diuitiarum uenit, quia nō diuities sed pauperes beatos fore prædicauit, & sicut iam dictum est, contra illos avaritiam disputauit, sanctificauerunt super eum prælium, id est, quoad potuerunt sanctum uideri, & pertinens ad obsequium dei benedicti, elaborauerunt si interficeret illum. Hoc adeo uerum est de Prophetis eiusmodi, ut de pluribus quoq[ue] certo experimento compertum sit. Quando enim quippiam dedit in ore eorum, quando de quinq[ue] panibus ordeceis, & duobus piscibus saturauit quinq[ue] milia hominū, tunc uoluerunt eum rapere, & facere regem, sicut scriptum est. Iesus ergo cum cognouisset, quia uenturi essent ut caperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. Vbi aut̄ persenserūt, q[uod] nollet amplius quippiam, uel quo ueller dare in ore eorum dicente illo: Amē amē dico uobis, queretis me, nō quia uidistis signa: sed quia māducastis ex partibus, & saturastis. Operamini non cibū qui perit, sed qui permanet in uitā æternam. &c. Ceperunt super eum sanctificare prælium murmurando & dicendo. Nōne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quo ergo dicit hic: quia de coelo descēdit. Si de popularibus ita est, quid putas de prophetis illis cupidis & profundis amatoribus diuitiarum, quando is qui prædicabatur Christus nō solum nō promittebat eis sicut uellent thesauros orbis terrarum: sed etiam disputabat cōtra avaritiam eorum. Nem̄ desperauerūt de illo, dicentes. Quod nō daret quippiam in ore eorum, & idcirco sanctificauerūt super eum præliū, sanctum esse iudicantes, si crucifigerent eum, tanquam seductorem & magum: Quid dicit dominus super huiuscmodi Prophetas? Propterea nox uobis pro uisione erit, et tenebrae uobis pro diuinatione. Et occumbet sol super Prophetas, et obtenebrabitur super eos dies. Vt & diuina

Visio & diuina
satio in quo
differunt
Deut. 32. 8.

sio et diuinatio hoc differunt, q[uod] diuinatio nunq[ue] in scripturis in bonam partem accipitur. Nō habet diuinatio in quo differunt. Ent[er] ait augurium in Iacob, necq[ue] diuinatio in Israhel. Cūq[ue] hoc utcunq[ue] tollitur, siue effectū nō habere denuntiatur, dicendo: Nox uobis pro uisione erit, et tenebrae pro diuinatōe, sic intelligendū est: Vos nescientes, siue scire nolentes, aliud esse prophetiam, aliud esse diuinatio nem, uidemini uobis esse prophetæ ut uultis, ut existimemini uisio[n]es dei uidere, cum sitis potius quasi augures et diuinii siue arioli, pro eo quod ubi quid ad mordendum accipitis, ibi pacem prædicatis, et si quis non dederit in ore nostro quippiam, super eum prælium sanctificatis. Sed siue uisionem uelut nuncupare, quid loquimini, uestra uisio nox erit. Siue diuinationem dicatis, non ibi lux, sed tenebrae sunt, tenebrae falsitatis, et nox mendacij: quia uisus delicit super uos sol occupabit, et dies obtenebratus est. Quis ille sol, nisi de quo scriptum est: Iohā. 8. Vobis autem timetibus nomē meum, orietur sol iustitiae. Et quis ille dies, nisi ipse qui dicit: Sanguinea p[ro]p[ter]a demus ita factum, quia ex quo iam dicitus Caiphas sanguineam prophetauit prophetiam, p[ro]p[ter]a Propheta crudelis, et tendens ad sanguinem. Nihil est ibi uisio[n]is aut ueritatis. Et sicut regalis dignitas interiit, et authoritas sacerdotij decidit, sic omnis quoq[ue] ab illis prophetica gratia deseruit. Diuinaverunt aliquoties et adhuc diuinare nituntur infelices, prospera sibi permittendo,

COMMENTA R VPER A EBA LIB I

post finem malorum quae nunc patiuntur, dispersi, & captiuitatis iugum portantes, quasi ipsa

Abdie. q̄q Romanos uersa uice possessori sunt in seruos, iuxta illud: Et possidebit domus Iacob eos

qui se possederant. Sed h̄m̄di diuinatōes tenebræ sunt, & nō lux, nox & nō ueræ uisionis d

Psal. 62 es. Contigit enim eis illud, quod per Psalmistam iuxta concessionē dictum est: Fiat mensa eo

rum coram ipsis in laqueum, & in retributions & in scandalum, obscurent oculi eorum ne ui

dant. Siquidem occubuit super eos, & obtenebratus est ille sol, & in ipso occubuit suo no

ctem & tenebras, de quibus hic sermo est, per tenebras illas significauit, quæ tunc facte sunt

super terram uniuersam ab hora sexta usq; in horam nonam. Et reuera quis ille resurrexit,

recte dicitur: quia super eos occubuit: non enim credunt eum resurrexisse à mortuis, & per-

inde iugiter in nocte sunt & in tenebris. In eo gloriantur illuminati omnes qui credunt; illi autem

non credentes confusi sunt, claritatem solis huius se se ingerentem, non ferentes, sicut quo

dam ferre non poterant claritatem uultus Moysi, sed fugiebant uultibus aueris & cordibus

Exo. 34 Hoc innuens hic, & confundentur ait: qui uident uisiones, & confundetur diuini, & operi

uultus suos oēs: quia non est responsum dei. Rebus em̄ apparentibus convincitur mendas

q̄ uidebant, i. q̄ se uidisse singebant uisiones: quia quicquid loquitur aut locuti sunt, non

erat responsum dei, sed prophetauerunt de cordibus suis, & nunc usq; operient uultus suos,

uelamen malitiae positum habētes super cor. His dictis sup Prophetas seductores atq; māri-

daces, quoꝝ deterrimi fuerunt Annas & Caiphas (ut iā dictū est) cōtinuo de semetipso dicit.

L Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & veritate

ut annūciem Jacob scelus suum, & Israhel peccatum suum. Hoc plane non iusta,

nec absq; rationis pondere opposuit. Poterat em̄ obuiare illi, quibus moris erat prophetas dīf;

contemnere, siue etiam irridere. & fortassis iam rapuerant uerbum de ore eius, ut dicentes:

Quoniam nox (ut tu dicas) pro uisione, & tenebra pro diuinatōe sunt pphetis, iam nec de tua

uisione curarūmus: quia non est responsum dei: sed diuinatio quā finixisti. Sic nangad Hiero-

mia dixerunt: Mendaciū tu loqueris: Non misit te dñs deus noster, dices: Ne ingrediamini

Aegyptū, ut habitetis illic: sed Baruch filius Neriaz incitat te aduersum nos. Amplius ad

eiūsmodi, pphetæ, de qualib; iste dicebat. Propterea nox uobis pro uisione erit, & tenebra

pro diuinatōe, non dubiū quin aduersus istū insanierint, quemadmodum infanerunt ador-

fus alium Prophetā, eius nominis, uidelicet Micheam filiū Iembla. Nam cū ille dicerat

Achab. Nunc igitur ecce dedit dñs sp̄m mendacij in ore oīm prophetarū, qui hic for-

& dñs locutus est contra te malum, accessit Sedechias filius Canaan, & pphetis Micheam in

maxillā & dixit: Me ne ergo dimisit sp̄s dñi, & locutus est tibi? ¶ Itaq; hic cū dixisset, super

Prophetas ea quae præmissa sunt, nō ab re de semetipso taliter edixit. Veruntamen ego re-

tus sum fortitudine sp̄s dñi, iudicio & ueritate & cetera, ac si diceret: Prophetæ qui praed-

cant pacem, & dicunt: Pax pax, ipsi confundentur: quia responsum eorum, nō est responsum

dei: sed ego repletus sum fortitudine sp̄s dñi, qui annuntio quod uerum est. & facio quod

iudicantis est. In eo quod annuntio Jacob scelus suum, & Israhel peccatum suū. Nec ullus

mihi certior post deum testis est, q̄ ipsa conscientia Jacob, siue Israhel, utrum ueridicantur no-

Suum enim scelus & suum peccatum est, neque conscientiam eius latet: & inde cognoscet

utrum de corde meo loquor, an fortitudo iudicij, & ueritatis in meo sermone confitatur.

L Audite hęc principes domus Jacob, & iudices domus Israhel, qui abominantur iudicium, & rota recta puertitis, qui edificatis Sion in sanguibus, & Hierusalem

iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabāt, & sacerdotes eius in mercede docebāt, & pphetæ eius in pecunia diuinabāt & sup dñm requiescebat dicens: T

quid nō dñs in medio vestrū? Non veniet sup vos mala: Propter hoc causa ueritatis

Sion, quasi ager arabī, & Hierusalem quasi aceruuus lapidū erit & mons tephilin

celsa syluarum. Hoc ueretanq; fortis, uelut iudex, sicut uerax declamauit iste, reple-

titudine sp̄s domini, principibus & iudicibus, sacerdotibus & pphetis. Singulis nācū fūlū

peccatū suū annuntiavit, principibus qđ in muneribus iudicarent, sacerdotibus qđ inmercede-

de docerēt: Prophetis qđ in pecunia diuinarēt; quodq; muneribus incrassati, mercedisim

pinguati, pecunia dilatati, sup dominū tanq; crassæ boues, sup præsepe suū requiecerat, dī-

tes: In medio sui euidenter esse dominum, quoniam nihil deeslet uentribus eorum, auctoritate

conformata.